



Confutatio erroris nuper nati, eorum qui scriptura sacra comprobare contendunt, Animas hominum post mortem uel evanescere, uel dormire, usq[ue] ad extremum iudicium. Vnde etiam dormitantes, uel somniatores a nonnullis appellantur

<https://hdl.handle.net/1874/453037>

CONFUTATIO ERRORIS NVPER

nati, eorum qui scriptura sacra com-
probare contendunt, Animas homin-
um post mortem uel euanescere, uel
dormire, usq; ad extremum iudic-
cium. Vnde etiam dormitantes,
uel somniatores a nonnullis
appellantur,

Authore Renhardo Lutz.
Erythropolitano.

Mathe. 24.

*Surgent pseudoChristi & pseudoprophetae,
& dabunt signa magna et prodigia, ita
ut in errorem inducantur
(si fieri potest) etiam
electi.*

CONTENTS

THE HISTORY OF THE
CITY OF LONDON
FROM THE FOUNDATION
TO THE PRESENT TIME
BY JOHN STOW

OF THE HISTORY OF THE
CITY OF LONDON
FROM THE FOUNDATION
TO THE PRESENT TIME
BY JOHN STOW

OF THE HISTORY OF THE
CITY OF LONDON
FROM THE FOUNDATION
TO THE PRESENT TIME
BY JOHN STOW

OF THE HISTORY OF THE
CITY OF LONDON
FROM THE FOUNDATION
TO THE PRESENT TIME
BY JOHN STOW

SINCERIS

Christianis salutem, aut si
quid salute melius est.

R. Lutz.

AVTOR VITAE CHRIS-
tus, quemadmodum Euangeli-
sauit hominibus qui in crassissimis er-
rorum atq; ignorantiae tenebris deti-
nebantur ueram iustitiae uiam atq; ad
aeternam salutem ducentem, ita iam
iam abiturus ad patrem, a quo, iuxta
quod definitum erat, in hunc mundum
assumpta carne uenit, quae nouissis
temporibus & in consummatio-
ne seculi essent uentura ostendit, quo-
ne seculi essent uentura ostendit, quo-
riorum suorum mentes ad caelestia es-
 terrenis eleuaret, ac dixit, antequam
restituatur regnum Israel, caeleste nisi-
mirum & perpetuo duraturum, futu-
ri sint, quibus ueritas ipsa fidei atque
charitatis exciderit, idq; inde prouen-
tuum, quia dormientibus hominibus
nequissimus omnium nequam
superseminarit zizania. Quae sane
uerba a pijs patribus usq; adeo haud
A ij pedibus

Hieronimus.

pedibus conculcata sunt, ut etiã magna industria magnisq; sudoribus, quã admodum eorum monumenta testantur, ea explicarint. Et in fallor, homines qui dormiunt Magistros Ecclesiarum esse uolunt. Et zizania falsa ac impia dogmata, a Patre omnis mendaciã diabolo seminata. Quam quidem interpretationem si ut sanam atque ueram admittimus, certe mirum neminem habere poterit, qui fiat ut tunica inconsutilis Christi, id est fides & sanctissima ipsius doctrina, in tot partes scissa sit, atq; adhuc scindatur indies. Endimionis siquidem dormiunt somnium, quorum intererat nunquam non excubias agere, aduersus infensissimum hostem humani generis, & præsertim Christiani. Dum autem dormit Petrus, profecto Iudas uigilat, hoc est, non dormit Satanas, sed suis copijs, atq; instructa acie inuadit ciuitatem Dei fit, itaq; ut uincat, et in prædam ipsi fiant homines, quos ut abducit a uero tramite, ita in errores inducit, ut instar cæcorum hinc inde oberrent

oberrent, & in foueas precipitentur.
Hinc igitur habemus hæc iurgia hasque
dissensiones, ut omnes digladien-
tur acerrime, nec ullus sit finis con-
tentionum atque controuersiarum. Quæ
res profecto impostori impio illi Sa-
tanæ non potest non esse gratissima,
qui propterea nullum non mouet la-
pidem, quo malis mala accumulætur,
resque subinde in deterius uergat, at-
que irreparabilem ruinam minetur.
Cum ergo ob oculos uersantur plu-
res quam uellemus maligni spiritus
imposturæ, grauissimam tamen hanc
postremo inuexit mundo, ut quidam
assencerent certo, mortem hanc, homi-
ni cum pecudibus cæterisque animalibus
esse communem, parumque hic
distare, nisi quod homines in nouissi-
mo die resuscitentur, atque resurgent,
tanquam de nouo creati, hocque firmis-
simis fulciri posse argumentis e sacra-
tissima scriptura erutis ipsis uidetur.
Quam sane opinionem callidissimus
tentator proinde nititur hominibus
persuadere, quia nouit uel potissimum

A ; nostræ

Vetus ex-
ror Eu-
sebius.
lib. 6. ca.
27.
Irenæus.
lib. 5 cap
ultimo.

nostræ religionis sic casurum. Cum es
nim animarum nostrarum paradyfus
negatur, atque animas interire pers
suasum hominibus erit, credo multos
Epicureis peiores fore, quibus sem
per in ore fuit, Ede, bibe, lude, post
mortem nulla uoluptas. Quid autem
deterius esse posset, cum dictum sit
nobis, in hoc apparuit gratia dei salua
toris nostri, ut abnegâtes impietatē,
et secularia desideria, sobrie, et pie, et
iuste uiuamus in hoc seculo, et cetera.
Quod si etiam hæc staret opinio, in cas
sum laborassent uiri sancti, membra
illa nobilissima Ecclesiæ, cuius caput
Christus est. Vbi enim fides Abrahæ
ubi tot martyrum præclara facinora:
si non sunt illi in requie, lucidissimis
que mansionibus, ubi laudant in secu
la uiuentem. Et quomodo uiuit Chri
stus ipsissima uita, et caput nostrum,
si membra illa dormiunt, uel in nihilis
lum sunt redacta: Itaque omnes pij et
sincerî Christiani, mera, quæ producū
tur ab eis, prestigia esse arbitrari des
bent, eius nimirum prestigiatoris, qui
dispergit

dispergit quæcunque collegit filius
Dei Christus. Vt cunq; ergo sacris in-
nitantur scripturis, qui adhuc hæ-
rēt scopulum, facile tamen perspicuū
fiet ihs, qui piorum patrum exactissi-
mas scrutati sunt explanationes, nō ef-
le nisi detortas allegatiōes, atq; scrip-
turas p̄simythio oblinitas, et proinde
errorem unicuiq; salutem exoptanti
obseruandum, & ueluti præsentissimam
pestē fugiendū, porro si scriptu-
ræ creditur nullo modo donec seculum
finiatur, aberunt huiusmodi pe-
riculosissimæ incantationes. Nostram
siquidem exoptatissimam salutem nū-
quam desinent impedire, qui plutoni
militant. Hic ergo cordatos omnes
sinceros Christianos atq; fortes esse o-
portet, ne quouis uento moueantur,
atq; deorsum a fide uera atque sincere
decidant. Qui dixit hæc, presto est,
semperque erit suo spiritu atque do-
ctore, quemadmodum pollicitus est,
dicens, Ecce ego sum uobiscum usq;
ad consumationem seculi. Quod au-
tem tot implicamur erroribus, nemo

iuste in ipsū christū transferet culpā,
sed nosmetipsos, qui potius diligē-
mus tenebras quā lucē, et libentius, in-
dulgentes genio, obaudimus quęcun-
que hostis ille noster perpetuus iubet
atque inculcat, quā p̄iſsima moni-
ta saluatoris nostri. Amenissimum at-
que dulcissimum potum ducimus es-
se, quem propinat Demon, cum sit to-
xicon, ac uenenum melle mixtum. Tu
itaque Christe solus is esse potes, qui
nos e malis omnibus eripiat, atq; libe-
ret, qui nos defendat ab impurissimo
demone, ne recidamus eo ubi olim de-
litescebamus miserī, & omnibus mise-
rijs destinati. Fiat itaq; tuo præsidi-
o, ut destructis aduersitatibus et errori-
bus uniuersis secura tibi ac libera mē-
te seruire queamus, ut cum apparebis
in gloria maiestatis tuę, redditurus us-
nicuique secundum quod hic se-
gessit, accipiamus quod pro-
misisti uere diligētibus, te
hoc est, letitiā sempiter-
nam. Valete Selet
stadij.

OMnibus in confesso est, quod dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Gen. 1.

Quæ quidem uerba de corpore humano nullo modo accipi possunt. Non enim corporeus est Deus, quemad-

Lactantius, lib. 2. cap. 6.

modum uoluerunt Antropomorphytæ, sed spiritus & mens libera, segregataque ab omni concretione mortali, omnia sentiens, omniaque mouens, per uim suam illis infusam, secundum

Ambrosius lib. 6 Hex. cap. 8.

igitur animam intelligendum erit, quæ libera est, & diffusis cogitationibus atque consilijs huc atque illuc uagatur, quæ considerando spectat omnia

Constat igitur homo anima & corpore. Corpore quidem de quo scriptum est, formauit Deus hominem de limo

terre, de spiritu autem uel anima, Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ.

Gen. 2.

Sic enim intellexerunt Mosen Hilarius atque alij, nam ait ille, Qui prædicabit animæ cum corpore occasum au-

Hilarius in Psal. 63.

diet, animam non esse terrenam, sed ex afflatu Dei ortam. Quemadmodum autem dixit Deus homini, Puluis es,

A u et

et in puluerem reuerteris, non iam de
Gen. 3. anima dictum esse poterit, eo quod
sit anima rationalis alia quam bruto-
rum, quæ una cum corpore nascitur,
Augusti- simulq; interit, illa uero substantia a
nus. corpore distincta est, ita ut corpore
quiescente, imo separata a corpore, ta-
Vide Au- men suis officijs fungitur, id est intelli-
gusti .de git, uult, deliberat, et cætera. Quam o-
origine pinionem atque sententiam, Plato
animæ ad Renas- omnium philosophorum princeps cõ-
tum. tra multos defendit, animam dicens
esse essentiam uel substantiam intelli-
gibilem, et in corpoream, quæ seipsam
Plato de primo moueat, atq; ideo immortalem
anima. At quid eius testimonio opus nobis
est, qui sacris innitimur scripturis, &
ad eas, tanquam sacram ancoram, no-
nobis recurrendum esse scimus, Quid
uero illæ aliud docent perspicueq; o-
stendunt, quàm animas hominum ab
interitu corporũ superstites manere,
suisque officijs certis in locis fungi
Math 10. Quid enim hoc aliud est q̃ Math. 10.
hortatur christus suos discipulos, ne
timeant eos, qui occidunt corpus, quo-
niam

niam animam occidere nequaquam
possint, sed ut potius eum timeant,
qui potest et occidere corpus, et mitte
re animam in gehennam. Vbi Diuus
Hieronimus, si, inquit, corpus occi-
dunt, animam non possunt occidere,
ergo anima inuisibilis et incorporalis
est, &c. aliud esse igitur animam, aliud
que corpus, certissimum ex his Chri-
sti uerbis euadit. Quod si enim non al-
iquid aliud distinctum a corpore es-
set anima, certe occisam dixisset cor-
pore interempto, Sed animam, inquit,
non possunt occidere, quasi diceret. A-
nimas habetis quæ corporibus uestris
insident incomprehensibiles, atque
immortales, quas proinde nullus gla-
dius interficit, sed soli Deo reseruantur,
qui potestatem habet eas puniendi uel
glorificandi, Ipsum solū igitur timeate,
etc Quid quaeso clarius esse posset, ani-
mas non una et simul cum corporibus
uel interire, uel euanescere? Conuincit
et errorē esse insignem, si quis dor-
mire animas, et non uiuere sentiat, quod
de Diuite et Lazaro scriptum est, quo
modo

Hieron.

De Imor-
tali-
tate ani-
mæ do-
ctissima
scripsit
eruditiss.
uir Phi-
lippus
Melan-
chton.

Luc, 16.

modo unus, post huius uitæ miseriam,
 ab angelis portatus est in sinum Ab-
 rahæ, alter uero in inferno sepultus fu-
 it. Dicite quæso boni uiri, quid sepul-
 tum est in inferno: haud dicere pote-
 stis corpus, quoniam contenditis, iux-
 ta uerbum domini, corpus esse pul-
 uerem, et in puluerem redigendum.
 Quid igitur nisi anima, quæ cum cruz-
 ciaretur in flamma, clamauit ad Abra-
 ham. Videtis quoniam anima a cor-
 pore separata, uiuit, et suis officijs fun-
 gitur, id est, intelligit atque sentit, et q̄
 animæ piorum atq; impiorum segre-
 gantur ad diuersa loca. Quod si uero
 parabolam tantum esse affirmatis, scis-
 tote multos ueteres scripturę interpre-
 tes id ipsum negare. Et ut sit parabola,
 tamē omnis similitudo, id q̄ docti no-
 runt, ex ueritate sumitur. Demum cū
 Deus sit iuxta Christi doctrinam, Deus
 uiuorum & non mortuorum, quem-
 madmodum Exod. 3. scriptura dicit,
 et Matth. 22. esse oportet eos quorum
 Deus se Deum facit. Cum igitur dixit
 se Deum esse Abraham, Isaac, et Iacob
 necesse

Gen. 3.

Tertull.
 Ire.
 Orige.
 Cyp.
 Hiero.
 Cyril.

Matth. 22.

Exod. 3.

necesse est illos adhuc uiuere, atq; exi-
stere. Quomodo autem aliter uiuere
possunt, quám secundum animam, si-
cut scriptum est, et dixit Christus. Ab-
raham pater uester exaltauit ut uide-
ret diem meum, uidit & gauisus est.
Ioan. 8. Et illi, Quinquaginta annos
nondum habes & Abraham uidisti?
quasi uellēt dicere, iam multi sunt lap-
si anni, quod Abraham uita functus
est, quomodo ergo potuit te uidere.
Mortuus est igitur Abraham, & tamē
uidit Christum, et saluatorem mundi.
Hic uelim mihi bona fide respondeāt,
quem in modum hæc interpretanda
atq; intelligenda uelint, prout Cyril-
lus dicit, quando iam in placida san-
ctorum patrum requie positus, cog-
nouit filium Dei esse incarnatum. Er-
rat enim ille dies domini, quo carnis
nostræ substantiam pronobis assump-
sit. Vellem et hoc edisserent, Quid sit
dissolui et esse cum Christo quod A-
postolus cupidissime cupiuit, aiunt
dormire, Sic etiam christus uobis dor-
miet, quomodo ergo stabit, quod A-
postolus

Ioan. 8.

Cyrillus
in Ioan.

Philip. 1.

postolus alio loco dicit ipsum uiuere
Rom. 6. Deo Rom. 6. & esse in gloria patris
Phil. 2: philip. 2. aut, dicent quod uerissimum
est, in summa tranquillitate esse, et christo
frui, tum sane cadet eorum sententia, et
frivolum esse quod afferunt partebit, optamus
itaque uobis meliorem mentem et sanio-
rem intellectum. Postremo omnium fortissimum
est, corpus utcumque intereat, animam tamen
Luce 23. minime corrumpi, uel euanescere: quod
latro audiuit, Hodie mecum eris in paradiso.
Hic namque duo potissimum attendere debent,
primum, quia Christus se in paradysum iturum
dixit, qui tamen de cruce depositus, a sanctis
uiris gloriose sepultus est, referente Euangelista.
Secundum, quod in eodem loco, id est paradiso
futurum & ipsum latronem promisit, cui tamen
Iohan. 19. gerunt crura, ut scriptura loquitur.
Theo- Quærite itaque uobis occasionem euan-
phy- dendi, aut confitemini cum Theophylacto
ctus. lacto sanctis, pariter ac doctissimo uiro,
post dissolutionem peccatorum animas atque
impiorum in deputatis poenis teneri, sancti

etorum autem, licet nondum perfecte bonis frui, tamē iam uersari in locis lucidis, & tabernaculis pulchris. Nec hoc ipse solus sentit ac tenet, sed et alij quā plures p̄ij et multorum suffragiis recepti, ut Tertulianus, qui aduersus Marcionem sic scribit. Vnde apparet sapienti cuiq̄, qui aliquando Elysi os audierit esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorum ei⁹. etc. Et post pauca, cur nō cupiat sinum Abrahæ dici, temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago, ac candida quædam utriusq̄ iudicij prospiciatur, Iræneus uero, plenissime inquit, docuit dominus non solum persequerare, non de corpore in corpus transgredientes animas, sed et characterem corporis, in quo etiam adaptantur, custodire eundem, et meminisse eas operum quæ egerunt hic, et a quibus cessauerunt in enarratione quæ scribitur de diuite & de Lazaro eo, qui refrigerabatur in sinu Abrahæ, in qua

Tertulianus,
Lib. 4.

Rhetanus
candida pro
spe et
expectatione,
candida
uifus e
rat.

Iræneus
lib. 2.
cap. 63

qua ait, diuitē cognoscere Lazarum
post mortem, et Abraham autem simi
liter, et manere in suo ordine unūquē
que ipsorum. Idem fere habent Atha
nadius et Chrysostomus super illud
Pauli. Nondū acceperunt repromissi
onem &c. Quibus addendus est nos
bis Diuus Aurelius Augustinus, uir
profecto pius, nec non ingenij felicita
te preeditus. Is inter cetera ad Lauren
tium sic scribit, Tēpus quod inter ho
minis mortem, et ultimam resurrectio
nem interpositum est, animas abditis
receptaculis continet, sicut unaquæq;
digna est, uel requie uel erumna, pro
eo quod sortita est in carne, dum uiue
ret, Idem de ciuita. Dei lib. 13. cap. 8. In
requie ait sunt animæ piorum a cor
pore separatae, impiorum autem pœ
nas luunt, donec istarum ad æternam
uitam, illarum uero ad æternam mor
tem, quæ secunda dicitur, corpora res
uiuiscant, Et alio loco super illud
uidelicet, Ioan. Lazarus amicus nos
ster dormit. Dormit, inquit, omnis
mortuus bonus et malus, habent autē
tem

Heb. ii.

Augusti
nus ad
Lauren
tium.

Augusti.
in Ioan
nem.

tem omnes animæ, cū de seculo exierint, diuersas receptiones suas, gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur &c. Idem in quadam ad Hieronimum epistola, fusissime uero de Ecclesiæ dogmatibus, ubi aperte dicit animas fidelium in cœlū ascendere. Abeant igitur et dormiant Endimionis, si uelint, somnum crassi dormientes illi. Nos enim quos diuina instruxit sapientia, ne latum quidē digitum, ut dicitur, discedemus ab ijs uiris, qui sincere simulac reuerēter diuina tractarunt mysteria, quorum unanimes atq; uniformis in hunc usq; diem tenuit sententia suffulta, et Christi et Apostolorum doctrina, non dormire sed uiuere animas, Et piorum receptas quidem, adhuc tamen recipiendas, ut repromissionem accipiant, q̄ de cōsumata corporis et animæ resurrectione intellexerunt, dicente apostolo, Spiritus qui suscitauit Iesum,

Augusti.
ad Hic.

Et de
Ecclesia.
dogmat.

Hic. ad
Heliodoro
rum.

Rom. 4.

1. Cor. 15

B uiui

uiuificabit et mortalia corpora uestra.
Et rursus oportet mortale hoc induere
re immortalitatē, et corruptibile hoc
induere incorruptionem. Verū quan-
do ualidissimos se putāt habere scrip-
turarum arietes, quibus nos pie de as-
nimabus sentiētes oppugnant, suam-
que confirmant atq; stabiliant opinio-
nem, primum audiamus eorum obie-
ctiones, ut iuxta philosophum, oppo-
sita iuxta se posita magis elucescant,
quas si, ut speramus, pius atq; cordas-
tus animo uere percipiet explicatas,
et sana interpretatione dilutas, uide-
bit atq; intelliget, merum fucum atq;
præstigiū esse, Stygiū illius droco-
nis, qui iam solutus est, ut seducat uni-
uersum orbem.

OBIECTIO PRIMA.

Gen. 3. Dixit Deus ad Adam, Puluis es et
in puluerem reuerteris. Hic uidere est
hominem licet immortalitate donatū,
tamen quia in peccatum prolapsus
est, immortalitatem suam perdidisse.

RESPONSIO.

Qui

Qui uult rem atque sensum scripturæ penitus inspicere, haud dubie inueniet Deum nihil aliud dixisse, quã quod sumptum e terra in terram rediturum. Nunquid autem puluis est is mago Dei, ad quam certe anima cuiusque hominis creata est. Minime gentium. Hoc igitur puluis est atque puluerem fieri necesse est, quod factum est de limo terræ quemadmodum Iob ^{Iob'io.} dixit, Memento quod sicut lutum feceris me, et in puluerem reduces me: quibus uerbis corporis formationem demonstrare uoluit. Vt autem nouerit quomodo Deus, infundendo animam, dat uitam, mox subdit, Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Quid est boni uiri, spiritum meum, nisi res distinctæ sint, corpus & anima, quam & spiritum hominis dicere licet. Hæc uerba Gregorius ita explicat, Memento quod per carnem à terra uenio, & per eius interitum ad terram uado. Per carnem dicit, spiritus nullam mentionem faciens, quod

Gregorius in Iob'io.

niam non illū dat terra, sed dominus,
ex uirtute sua secreta. Quomodo igitur
uobis patrocinari potest hic locus,
peccasse hominem notissimum est, et
Rom. 9. æternam mortem peccando sibi ascis-
uisse. At per Christum uitæ restituti
sunt, quotq̄ receperūt eum, quibus de-
dit potestatem filios dei fieri, his qui
Ioan. 1. credunt in nomine eius. Vnde licet
mori omnibus statutum sit, atque op-
porteat, nihil aliud tamen id electis
est, quā quidam transitus ad immor-
talitatem. Mors occasus, ait ille, carnis
est, et non interitus, qui non consumit
coniuncta, sed diuidit cum origini
suz utrumque reddit. Et alius, mors
est ianua ad salutem perpetuā. Quæ
equidem nisi plane stupidi sitis, suffi-
cere possunt.

SECUNDA OBIECTIO

Fortissime Salomon docet nihil
Eccle. post hominis mortem superesse, quā
62p. 3. quandā putredinē, haud aliter quā
in pecoribus euenit, quando dicit, E-
uentus pecoris filiorum hominum es
uentus

uentus pecoris et filiorum hominum
euentus unus erit, Sicut mors huius,
ita & mors illius &c.

RESPONSIO.

Prima quidem fronte uidetur Salo
mon hic totum abolere hominem, ita
ut post dissolutionem instar brutorū
cadat homo abeatque in cinerem. At
quodsi examinatur totum caput exa
ctius, atque singula inuicem conferū
t, haud difficile erit hūc sensum inde
exerere, Vt scilicet inter pecudes et
homines secundum corporis qualita
tem nihil differat, sed sit eadem condi
tio nascendi, fors una moriendi. Ne
mo melius Hieronimo hunc nondū
dissoluit. Ait enim nō dixisse hoc Sa
lomonem, quasi animam putarit cum
corpore interire, uel unum bestijs &
homini preparari locum, sed quod
ante aduentum Christi, omnia parit
ter ad inferos ducerentur. Et licet ali
ud uideretur dissolui, aliud reuersari,
tamen non multū intererat perire cū
corpore, uel inferni tenebris detineri.

Hieronimo
mus.

Idem ad
Heliode
rum
Corpus
scilicet
Nepotis
ni terra
suscepit
anima
Christo
reddita
est.

B ; Hæc

Hæc ille. Qua fronte igitur produci-
tis hunc locū de anima hominis: præ-
fertim cum tam distincte Salomon lo-
quatur. Omnia pergunt ad unum lo-
cum, de terra facta sunt, & in terram
pariter reuertentur, profecto nisi talis
pa cœciores sitis, uidebitis occasum
carnis, ut cum Augustino loquamur,
Solomonē tantū uoluisse, licet enim
difficillimū scitu esse de spiritu, quos
modo sursum ascendat, dicat, spiritū
nihil omninus tamen hominis, discer-
nit atque diiudicat à spiritu pecorum.
Iterum trilinguis ille Heros. Inter ho-
mines, ait, et bestias hæc sola est differ-
rentia, quod spiritus hominis ascen-
dit in cœlum, et spiritus iumentis des-
cendit in terram, & cum carne dissol-
uitur. Maneant ergo uobis uestra
somnia.

Hieronimus.

OBIECTIO TERTIA.

Psal. 154. Ait Propheta Dauid, Exhibit spiritus
eius et reuertetur in terram suā,
In illa die peribunt omnes cogitatio-
nes eorum, Quid clarius, hominem ni-
hil

hil futurum nisi terram, Si enim rema-
neret anima, haud perirent cogitatio-
nes.

RESPONSIO.

Propheta pie admodum pios ad-
monet, et ad laudandum Deum exte-
mulat, ut eum, in quo solo ac unico sa-
lus hominis sita sit. Ne ergo in princi-
piis huius seculi confidentiam qua-
dam collocent adhortatur, quos filios
dicit esse hominum corruptibiles, &
uanos, & ait, Exhibit spiritus eius, de
homine nimirum locutus fuerat, hoc
est anima qua uiuit corpus ac moue-
tur. Omnibus namque statutum est
semel mori. Et quis est homo qui ui-
uet & non uidebit mortem? Et reuer-
tetur in terram suam. Quid reuerte-
tur in terram suam? nunquid anima?
minime, quando quidem non de terra
sumpta, sed ad imaginem Dei, & ab
ipso Deo facta est, qui fingit singula-
rim corda omnium hominum. Reuer-
tetur igitur in terram suam, hoc est,
postquam exiuit spiritus e corpore,

Heb. cap
9.
Psal 88.

Aug.
& Hier.

B 4 corpus

Corpus ipsum reuertetur in terram
suā, bene suam qua de limo terre Adā
pater noster, à quo omnes descēdunt
homīnes, factus est. Quod autem una
pereunt Cogitationes, sic intelligi de-
bet, quia cum homine nihil descen-
dit, nec gloria nec aliquid huiusmun-
di, Vbi est superbia, ait Augustinus:
Vbi iactantia, Vidi impium exaltari
super cedros libani, et transfui, et ecce
non erat, et quesiui eum et non est in-
uentus locus eius. Nihil igitur quæ hic
profertis, ad animam nobilissimam il-
lam creaturam Dei, quæ separatur à
corpore, et suis officijs fungit: intelli-
git, uult et deliberat. Viuit itaq; et nō
dormit, utcunq; uobis stertere uideat-
tur.

Augu.

Plato,
Cicero,
Putha.

OBIECTIO QVARTA

Rursum ait idem ille propheta Da-
uid. Et recordatus est, quia caro sunt,
spiritus uadens et non rediens. Quo
modo igitur spiritus hominis extin-
cto corpore non simul extinguet: etc

Pfal.
77.

RESPONSIO.

Psalms

Psalmus iste docente Augustino ea
continet, quæ in ueteri testamento cū
populo acta sunt. Quo sane alij admo-
neri debant, ne sint ingrati ob benefi-
cia Deo, sicq; in se prouocent iram ip-
sius, atque indignationem. Cum autē
illi multa ob flagitia pœnam durissimam
commeriti fuerant, Recordatus
est Deus, quia caro sunt, id est fragiles
& proni ad malum, propter ueterem
hominem ex Adam contractum, qui
semper nititur in uetitum. Quod au-
tem ait, Et spiritus uadens et non res-
diens. Si spiritu Dei ducerētur, facile
agnoscerent, quomodo anima inclus-
sa est corpori tanquam carceri, nec ses-
mel emissa redit. Non enim semel es-
missus spiritus uirtute naturæ redit,
sed eum in locum uolat, ad quem à
Deo suo destinatus est, donec iuxta
Ezechielem ossibus aridis reddatur
ad reuiuiscendum. Quod autem spiri-
tum pro anima phrasis scripturæ usur-
pet, uel hinc doceri potest, quod scrip-
tura de Christo dicit. Pater in manus
tuas commendo spiritum meum. Et

Le. 23.

B u quomodo

Acto. 7.

quomodo Stephanus eleuatis ad Christum oculis deprecatus est, dicēs, Domine suscipe spiritum meum. Quid ergo magis absurdum, quam in fidei causis cœlum usque ad cœlo terræ commiscere, & ex perspicuis facere intricata atque perplexa acita autē asolet praestigiator ille.

QVINTA OBJECTIO.

Psal. 37.

Rursum inquit propheta, sicut interfecti dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Aperte hic ostenditur homines in sepulchris dormire, quemadmodum etiam Christus dixit, qui in monumentis sunt audient uocem filij hominis &c.

Ioan. 5.

RESPONSIO

Hiero.

Ad primum quidem facilis est responsio. Si enim Hieronimo credimus uti debemus, Psalmus hic sacramentum continet dominicæ passionis. In ducit ergo Dauid filium ad patrem loquentē, de ijs fere omnibus, quæ pro salute

salute mundi passus est Christus ille
filius Dei, et ait, eum assimilatum cæ-
teris peccatoribus, multosque existi-
masse, quasi in mortem redactus fuisset,
sicut peccatores et obscœnitatibus
dediti, qui a Deo non memorantur,
ueluti separati à uirtute ipsius.

Quantum uero ad illud, Sicut dormi-
entes in sepulchris, attinet, is sensus
est, quod scripturæ phrasis mortem
somnia consueuit appellare, non
quod propterea anima amplius ni-
hil sit, aut uiuere desinat, sed quia di-
cente Augustino, euigilatuos, id est,

resurrecturos uult intelligi omnes,
qui in pace sepulti sunt, cuius certissi-
mum exemplum Christus dedit, quã-
do ad discipulos dixit, Lazarus ami-

cus noster dormit, sed uado ut à som-
no exuscitem eum. Quemadmodum
Lazarus uoce Christi prodijt, ita om-
nes qui in monumentis sunt audita
uoce archangeli resurgent, non autem
ut uos uultis, ita ut corpus & anima
denuo creantur, siue formentur. Nam
corpora etsi corrumpi et immutari o-

porteat,

Augusti.

Ioan. 11.

1. Thes. 4.

Sap. 12.

porteat, Animæ tamen iustorum in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis, ut iam sæpius dictum est. Quoniam Deus creauit hominem inextermabilem, Quamprimum ergo separatur à corporibus per mortem, sicut in manu diuinæ misericordiæ, per securitatē gloriæ cōsequēdæ. Ne autē putetis meū figmentū esse. Ecce producā uobis uiros celebres, quos reijcere non potestis, nisi plane impij sitis, qui hoc uolūt, hocque sentiunt. Mortuus quidē inquit, Cyrillus, erat Lazarus

Cyrillus in Ioan.

sed Christo dormiebat. Nullus quippe tanta facilitate posset aliquem à somno excitare, quanta Christus Lazarum resuscitare uolebat à tumulo. Deniq; omnes defuncti, si potentiam Dei consideres, à quo in nouissimo die sunt resuscitandi, dormientes uocari possunt. Hęc omnia sic accipientes erunt, ut credamus ueram corporum & carnis resurrectionē. Et Chrysostomus. Est, inquit, resurrectio diuinæ uirtutis opus, eo quod Deus impositæ telluri, ut discedat, mandabit, quem

Chryso-
stomus.

quemadmodum aliquando euocauit
Lazarum. Et mox, Quando uiderunt
terram motam & turbulentam, pulue-
rem confusum, undique ex æquo ex-
citata corpora, &c. Hic eluditis simul Idem in
Paulum.
excitandum spiritum, qui una cum
corpore dormierit, q̄ ut falsum sit, idē
Chrysostomus, qui quasi Achilles uo-
bis est, ostendit his uerbis, Iam dic mi-
hi utrum facilius sit animam a pro-
prio corpore resumī, an ab aliēo. Dici Idem in
eundem.
te, quid sibi uult, resumī. Valeāt ergo
qui fidelib⁹ nobis imponere satagūt.
Hęcque faciunt, quo sobrie quoque Dan. 12.
intelligatur illud Danielis, Multi de
his qui dormiunt in puluere terræ &c
et quod ait Apostolus. Nolo uos ig-
norare de dormientibus. &c. 1. 1. Cor. 15.

OBIECTIO SEXTA

Suffragatur nostræ opinioni et il- Esaia. 58.
lud, quod apud Esaiam de Ezechia le-
gimus. Quia non infernus confitebitur
tibi, neque mors laudabit te &c.
Viuens uiuens ipse confitebitur tibi,
Si mors non laudabit Deū, certe nuls
la anima uiuet post mortem.

Responsio

RESPONSIO

Notum est quid ad Ezechiam dixerit propheta, et quomodo fleuit ille uel quia desperabat Christum de suo uimine nasciturū, uel quia more aliorum morte terrebatur, propter ignorantem sententiā Dei. Narrat igitur quid tempore prœmētis angustia cogitarit, nempe se secundum communem naturæ legem ad portas inferi abiturum, Ipsum autem Deum eripuisse se animam eius ne periret, quando proiecerit post tergum, sic enim legitur, peccata eius. Quia non infernus confiteatur domino. Si bene considerare uultis omnia, locum illum damnatorū intellexit Ezechias, in quem detrusum fuisse epulonem ostendit Christus. Ibi certe nemo Deum laudat, nemo gratias agit, cum solus horror uideatur, et omnis miseria. Qui ergo hoc modo moriuntur, ut cū impijs eos esse necesse sit, nullo modo laudabunt dominum. Sed uita atque uiuentes hoc est iusti, qui, dicente scriptura, in perpetuum

in perpetuum uiuent, quorum merces magna nimis apud Deum est. Sic laudat, quia uiuit, Abraham Deum suum, similiter omnes patriarche & prophetae, quorum animas Christus eripuit, sua innocentissima morte, e faucibus inferni, denique omnes sancti, qui Christi uestigia sunt secuti, gaudent in caelis, et laudant uiuentem in secula, cum angelis & archangelis omnibus. Vbi igitur uestra dormitio: certe euanescet pijs animabus in aeternum uiuentibus. Augustinus hunc locum sic interpretatus est, quod cum ista uita transierit, non restat nisi tributio meritorum, quae fortissime probant, sanctos uita defunctos a laudibus Dei non cessare, sed Deo frui, & bonam eius uoluntatem sentire, quae uere laudis sunt. Iam rursus inueniunt rimulam ad efugiendum, & aiunt infernum accipi pro sepulchro, quam phrasim scripturae sic concedimus, ut interim tamen affirmemus infernum dici eum locum, in quo nulla est redemptio, sed perpetua damnatio, ut supra de diuinitate

Augustinus

Gregorius

te

te auditum est, eumque Ezechiam,
quia peccatorum meminuit, intellexisse.
Vnde minime curæ nobis esse potest,
quid sentiat, quibus ex animo optamus
sanam doctrinam, ne cum alijs uobis
contingat descendere in lacum, et terram
miseriæ ac tenebrarum. Præterea posse
per mortem hic intelligi peccatum, docet
atque uult idem Augustinus, & infernum
cæcitatem animi, quæ peccantem id est
morientem excipit et inuoluit. Sicque
mortuorum nomine contineri, qui contriti
à Deo in exitium abierunt.

Augustinus.

OBIECTIO SEPTIMA

Iob summam miseriam hominis deplorando dixit. Homo ubi mortuus fuerit nudatus atque consumptus, ubi quæso est. Quid aliud sibi uolunt hæc uerba, quam hominem nihil esse post mortem, donec atteratur cælum. i. ultimum fiat iudicium.

RESPONSIO.

Iob. 14.

Qualis fuerit Iob in confesso est, nec

nec tamen usque adeo animo conster-
natus fuit, quin semper et subinde sua
um agnouerit redemptorem, dixit e-
nim, Credo quod redemptor meus ui-
uit, et in nouissimo die de terra surre-
cturus sum &c. Quod autem hic dicit
Homo mortuus ubi quaeso est? tam
caedide potest interpretari, ut omnes
eos confundi oporteat, qui post mor-
tem animam quasi nihil est contem-
dunt. Quoniam teste Gregorio, de
morte carnis locutus est, quam, ut sup-
ra ostensum fuit, in puluerem abire ne-
cesse est. Quod uero de somno huc
profertis, in hoc plane manifestum fit
uos somnia somniare, per placet mor-
tem nostram somnum dici, sic enim re-
surrectionis spes certissima insinua-
tur, quia sicut citius homo a somno ex-
uigilat, ita concite ut, Gregorij uerbis
utamur, ad conditoris nutum a morte
corporis resurget. Hoc tamē nunquā
concedemus, mori uel saltem dormi-
re animam, omnia haec ad corpus uel
carnem referentes, nisi producatis eui-
dentissimas scripturas, puras quidem
C et

Job. 19.
Scio
quod re-
demptor
&c.

Gregori-
us in lo-
bum.

et non detortas. Vfitatissimū est pñs
iuxta ac doctissimis interpretibus scri
pturæ, plerumque addere carne mors
tuos, cum de mortuis hominibus lo
quuntur, quo ostendant mortem anis
mabus nullo modo competere. Quid
igitur multis opus est, ut conuincantur
uestra somnia? Sufficit catholis
ca de hac re ac syncerissima doctrina.
Scimus atq; scire debemus uafriciem,
uersutiam, atque fucos antiqui serpen
tis, qui si hac non succedit, alia aggre
ditur uia, donec homines in errores
ducat, atq; in erroribus detineat. Ad
monendi itaque sunt omnes pñ, ut os
missis et conculcatis eiusmodi pestife
ris nenñs, diuinis usi scripturis, nauis
instar, uela fidei in sublime extendāt.
Hęc autem ueritas fidei est, spiritum
hominis imaginem Dei esse ęternum,
qualem nullum aliud animal accepit
atque habet, sed animalium irrationa
lium spiritus, Augustino docēte, tam
diu spiritus sunt, quādiu in corporis
bus

Item.

August.

bus uiuunt. cum carne sua incipiunt,
et cum carne uiuere desinunt, quod
non item de spiritu uel anima homi-
nis sentiendum, uel unicus sufficere
potest Christus, qui et ipse uerus ho-
mo, et uere mortuus est, et si rumpen-
tur illa codro. Quando igitur tradidit
spiritu, nunquid amplius nil fuit ipsi
spiritus uel anima: quomodo igitur
predicauit iuxta petrum spiritibus, q
in carcere erant, quos nonnulli intelli-
gunt sanctos patres, qui redemptione
Christi expectauerant iam multis an-
nis. Absit ergo ut mens pia tam absur-
da credat. Nobis uiuit Christus, uiuunt
& omnes sancti cum eo, quod si itaq;
uos mauultis dormire, quam cum illis
uiuere, en dormite somnum uestrum
fortiter, donec expergeficiat uos cla-
gor tubae, qui ut fur, deprehendet in
tenebris dormientes. Postremo habent
illi & alia multa, quibus fortissime ins-
stant, atque somnum suum probare
conantur. Vt illud, Ego dixi dii estis, Psal. 82.
et filij excelsi omnes, uos autem sicut
homines moriemini: superuacaneum
C ij tamen

tamen uidetur multum latius laboris
hic insumere, qui enim Dei ducuntur
spiritu, his paucissimis contenti esse
possunt: qui autē phanatico quodam
spiritu afflati sunt, illis respondere pos-
sumus, quod Abraham diuiti illi re-
spondit, Habēt Mosen et prophetas,
quos si non audiunt, neque si quis ex
mortuis surrexerit credent. Quod si
tamen existimant Dauidem stare hic
pro eorum parte, uidere libet, an in il-
los ipsos istud retorqueri possit. Equi-
dem inducit Dauid dominum loquē-
tē ad malos principes, qui sūt pessimi
principes: nimirū hi qui non iudicant
rectum iudiciū, sed inuertūt Dei iudi-
cium, maius uero iudiciū deo non est,
etiā recte sentire de fide in ipsum, &
quē misit Iesum Christū, Quales igit̃
sint illi Iudices, qui cōtra Catholicam
fidem propria somnia inuehūt, facile
cōiungere potestis. Quod deinde dicit,
Vos dī estis, profecto nō possunt nō
esse dī, ad quos dei sermo factus est,
quoniam autē in Christo omnes bap-
tizati sumus & abluti, uere dī sumus,
regaleq̃

Luc, 16,

Ioan. 17,

Ioan, 10,
Pfal, 51,

1, Pet, 2,

regaleque sacerdotium ad offerendas
spirituales hostias. Qui ergo peregrina-
nas ac varias doctrinas afferunt, non
dij esse possunt, sed illi potius, de qui-
bus scriptura loquitur dicens, Scito
quia in nouissimis diebus instabunt ^{2 Tim 3}
tempora periculosa, et erunt homines
seiplos amantes &c. habentes speciem
quidem pietatis, uirtutem autem eius
abnegantes. Cum uero dicit, uos au-
tem sicut homines moriemini, innuit
eos qui peruerse agunt interituros. Fe-
cerat namque Deus deos, hoc est sibi gra-
tos, quemadmodum Mosen Deum ^{Exo: 2.}
Pharaonis, at multi ex his declinaue-
runt, & facti sunt inutiles, quare sicut
Adam, sic enim legit Hebraeus teste
Hieronimo, obierunt. Cum enim ipse ^{Hieron,}
nollet audire praecipitum domini, pre-
uaricatus est, et incidit mortem aeternam.
Sic ac similiter omnibus accidit trans-
gressoribus diuinorum mandatorum,
quoniam in peccatis suis moriuntur,
quemadmodum omnes mali et indu-
rati peccatores. Maius uero manda- ^{Iohan. 4}
tum haud habent homines a Deo, quam

C iij ut

ut sanam doctrina sustineant, neque
poprijsinnitantur suis capitibus. unde
de cum Pharisei titūlotenus legem
sanctam obseruarent, nec ueram salus
tis capessere uellent doctrinam. Audi
uerunt, in peccatis uestris moriemini.
Ioan. 8. Videte ne eadem uobis narrentur,
Nam quod de animarum statu asseris
tis, non tantum lucidissimis impro
bari potest scripturis, uerum etiam ex
uidentissimis sanctorum Patrum do
ctrinis, à quibus ad nos usq; , quæ de
Euangelio feruntur, dimanarunt: qui
bus propterea merito acceptum feris
mus, quod scripturā habēus, et ex ea,
post gratiā, Christiani sumus. Hortamur
itaq; ac obsecramus uos in Domi
no, nolite eiusmodi friuolis argutijs
abduci. Manete potius in arca illa, ex
tra quā, dicene Cypriano, nemo saluus
fieri potest. insistite ueterum uestigijs,
Deut. 3, hoc est, Apostolorū et apostolicorum
uīrorū, Certissime credētes, quod si il
li panē eū, in quo omnis homo uiuit,
non porrexissent, æternam famem at
q; in ediam nos pati oporteret. Sacra
tiora

tiora sunt scripturæ mysteria , quàm
aut ludum aut iocum aliquem pa-
tiantur . Creditote mihi , neq; tot ex-
antlarūt labores frustra olim pijsimī
predecessores nostri , quo uerum sen-
sum ad comunē omnium utilitatē
eruerent . Ceterum quoniā diximus
certo hominum animas uiuere , certis
suffulti doctrinis Christi , & uere Chri-
stianorum , nō tamen proinde appro-
bamus , quæ de spectris uel animarū
deambulatione creduntur , ac asse-
runtur . Scimus quidem quomodo as-
postoli putarunt Christum phantas-
ma esse , et se spectrū uidere , tamē lon-
ge aliter , quàm dictū sit , nos qui uerā
didicimus fidem , sentire debemus .
Quod si Plinio crederemus , certum
esset animas siue spiritus defūctorum
deambulare : Scribit & Plutarchus de
Marco Bruto , quod ad spectrum dixit
rit , Quis hominum aut Deorum es ?
Quid tibi uis etc . Sed nihil ad nos . Au-
diamus itaq; de his doctissimorum pa-
riter , & Catholicorum hominum sen-
tentiam . Augustinum pleriq; omnes
C iij asse.

Matth. 14.
Marc. 6

Epistola
ad Surā.

Plutarch
us

Item orige
ge lib. 7
contra
cellum.

asserunt ingenij felicitate fuisse præditum, quæstionum quoque difficultatibus intentum, nec quietum donec nodos explicuisset. Habet autem ille hinc inde multa hac de re ac uaria, præcipue tamen in eo qui inscribitur de cura pro mortuis agenda libro, hæc quæ sequuntur: Quid est quod piissimo regi Iosix pro magno beneficio promisit Deus, quod scilicet esset moriturus ante, ne uideret mala uentura, quæ illi loco & populo minabantur. Ecce adducam te, dixit dominus, ad patres tuos, & apponeris cum pace. Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non uident quæcumque aguntur, aut eueniunt in ista uita hominum. Quomodo ergo uident tumultos suos, aut corpora sua, utrum abiecta iaceant an sepulta? Quomodo intersunt miseriæ uiuorum, cum uel sua ipsa mala patiantur, si talia merita contraxerunt: uel in pace requiescunt, sicut huic Iosix promissum est, ubi mala ulla nec patiendo, nec compatiendo sustineant. Hæc ille. Dixit uero

Augustinus de
cura pro
mortuis
agenda,
cap. 11. &
13.

4. Reg.
22.

Vide C
illum in
Ioannem

uero aliquis . Si nulla est mortuis cura
de uiuis , qui fit ut diues ille roga
rit Abraham , quo mitteret Lazarum Luce, 16
ad suos fratres , ne uenirent & ipsi in
eundem tormentorum locum . Ait is Augusti
nus,
dem , Fatendum est mortuos nescire
omnino quid hic agatur , sed audire
postea ab eis , qui hinc ad eos morien
do pergunt . Non quidem omnia , sed
quæ fiuntur indicare , & illos , quib9
hæc indicant , oportet audire . Possunt
& ab Angelis , qui rebus quæ hic aguntur
præstosunt , audire aliquid mor
tui : Nisi enim essent Angeli , qui pos
sunt interesse & uiuorum & mortuo
rum locis , non dixisset Dominus Ie
sus , Contigit autem mori inopem , &
ferri ab Angelis in sinum Abrahæ , etc .
Porro ut nonnulli dicunt aliquos san
ctos rebus interfuisse humanis , dicunt
enim olim Nolæ , cum oppugnaretur
à Barbaris , ipsis hominum aspectibus
Felicem apparuisse , sic intelligen
dum esse autur at Augustinus , quod
scilicet Deus omnipotens , qui ubique
præsens est , exaudiens sanctorum

C v preces.

Idem ha
bet de
miracu-
lis factis
apud Ste-
phani se-
pulchrū
de ci-
ui Dei.
lib. 22.
cap. 8.

Chryso-
sto. de di-
uite &
Lalano.

Acto. 16

Acto. 7

Philip. 1.

preces, per angelica ministeria pre-
beat solatia ista hominibus, maxime
q̄ propter eorum memorias, quoniam
am hoc nouit, expedire ad edifican-
dam fidem Christi, pro cuius illi con-
fessione sunt passi, ac uita defuncti.
Cuius equidē gratia, peruersissimus
ille nequam, sua astutia, quam ab ini-
tuo habuit, peruersas mundo inuexit
opiniones, conatus Martyrum ac san-
ctorū Christi obruere gloriam. Quid
igitur dixit? Monachi illius sum anis-
ma, sane hoc ipsum non credendum,
ait Chryso. sic enim sperant demo-
nes, ut ipsis inseruiatur: decipiunt
ergo homines. Quapropter Paulus
ipsis tametsi uera dicentibus silentiū
imposuit, ne ex ueris nacti occasionē,
postea admiscerent mendacia, fidem
q̄ sibi conciliarent. Liquet ergo,
quod animæ corpus egressæ, non am-
plius hic commorantur, sed protinus
abducuntur. Nam Stephanus ait,
Domine suscipe spiritum meum. Et
Paulus resolui & esse cum Christo de-
siderabat. Quod uero nec peccatorū
animæ

animæ hic commorari possint, diuitē
audias, qui enixe eam rem petijt, ni-
hil tamen impetrauit. Quodsi pos-
sent animæ hominum hic conuersari,
uenisset ipse, & suos de tormentis in-
ferni certiores fecisset. Apertissimum
itaq; est, post exitum á corpore ani-
mas in certum quendam locum dedu-
ci, unde redire sponte non possunt,
sed terribilem illum iudicij diem
ibi expectant, ubi gaudium habent
boni, & mali tormenta. Cum autem
resurrectio facta fuerit, bonorum gau-
dium erit amplius, & malorum tor-
menta grauiora, quoniam cum cor-
pore torquebuntur. Cæterum quod
nonnulli animarum apparitiones ex
Gregorio probant, quando dialogo
Paschali libro scribit de anima Paschali
aperte uisa, alijsq; post obitum balne-
atoribus factis, è contra asserunt plu-
res sanctum atq; pium uirum esse
deceptum, aut relata saltem retulisse:
quomodo enim tam grauis, tamq; pi-
us uir, tales nœnias affirmare potuis-
set, cuius tanta extant solide doctrinæ
testimonia.

Chryso-
stomus
Hom. 19, in
Matthæi.

Augusti-
nus ad
Lauren.

Gregori-
us lib,
Dialogi

Sub illo
conuersa
est ad fi-
dem An-
glia de
quo.

Dionysi-
us Ecclē
Hier.

Homel.
69, ad
pop.

Eadem
Augusti-
nus de
cur. pro
mort. a-
genda.

testimonia. At ut meum non est de-
his atq; alijs iudicium ferre, sic alio-
rum iudicium esto. Hoc tamen fateri
oportet, inanes inde altercationes soe-
pissime ortas, dū spectris plus quā-
par sit tribuebant, utinam sepelissent
mortuū suos mortuos. Certe melius
mihi egisse uidentur, qui assiduas fu-
derunt preces, pro spiritibus mortuo-
rum: hoc enim suadet charitas, ratio-
q; dicat, unde etiā Chrysostrōmus di-
cere audeat, hęc ab Apostolis sancita es-
se, ut in tremendis mysterijs defuncto-
rum agatur commemoratio, multum
q; illis inde contingere lucrum, atq;
utilitatem multam. Postquam ergo
multi falso sibi persuadent animas ho-
minum uel dormire, uel una cum cor-
poribus corrumpi, Satanas id in rem
suam esse uidens, statim alium erro-
rē inducere satagit, quo Christi sang-
uine redemptos in sempiternum per-
trahat exitium. Cum autem nouit
quā amēnissimam uitam largiturus
sit Christus pijs hominibus, nonnul-
lis ogganit atq; sensim instillat, uete-
rem

rem atq; sepultum illum errorem De
mocriti & Saduceorum, nullam scilicet
esse resurrectionem, neq; carnis,
neque animæ: sed post obitum actū
esse de quouis homine. Hic nostrum
esse solatium: quam sane pestiferam
opinionem mentes piæ abhorren-
tes, cū ut uenenū Crocodyli refugiūt,
ita filij huius seculi obujs ut aiunt, ul-
nis amplectuntur, quod uel inde pa-
tet, quia neque deum neq; homines
curant, sed instar brutorum in diem
uiuunt. Qui si saltem micam salis ha-
berent, doctissimam Pauli doctrinam
audire deberēt, de nostra omnium olim
resurrectione, præsertim quod hunc
errorem pessimum ac execrandum, re-
tro seculis toties damnauerunt uiri piij
iuxta ac solertes: omnesq; huiusmodi
impiæ opinioni inherentes, hereticos
& infideles esse decreuerunt. Sic dan-
natus est Simon magus, qui detestan-
dam docuit turpitudinem, nec Deum
mundum fecisse dixit: negauit ergo
carnis resurrectionem, & se esse Chri-
stum asseruit. Sic Archontici, à prin-
cipibus

Democri-
tus & Sa-
duci.

1. Cor. 15
1. Tcf. 4.

Simon
magus

Archon-
tici.

Maroni
ni.

Carpoc
ratiani.

Valetin.

Cainani.

cipibus hoc est Angelis, appellati, qui licet faterentur uniuersitatem à Deo cōditam, opera tamen esse principum, id est angelorum, uoluerunt, & carnis resurrectionem negauerunt. Item Maronini inter alios Christianos & Saracenos dispersi, qui cum religiosiores cæteris uideri uolebant, semper aliquid incipientes, dicebant, In nomine Dei & trium beatorum Regū, nullam tamen carnis resurrectionem crediderunt. Carpocratiani simili morbo laborantes, simul cum lege, humanorum corporum resurrectionem abiecerunt. Et Valetinus iuste penas damnationis luit, qui cum de natura rerum, multa tum impia tum fabulosa, confinxisset, ultimum adiecit, affirmans spiritum uel animam hominis, in nescio quem Elisium canpum transferri, nihilque amplius reliquum esse. Idem factum est Cainanis sic appellatis, quoniam Cain honorabant, dicentes eum fortissimæ uirtutis fuisse, simul & Iudam traditorem extollebant, scelus eius beneficium putantes.

putantes, unde legem & Deum legis
carnisq; resurrectionem negauerunt.

*Cerdoni
ani.*

Similiter & Cerdoniani anathematis
gladio percussi sunt, eo quod dice-
bant Christum neq; natum ex fami-
na, neq; carnem habuisse, unde nec
resurrectionem mortuorum esse. In

hoc ipsi Paulo omnino contrarij. Et
quis posset omnes hic recensere, quos
usq; ad summam perniciem Asmodæ

*Seueri-
ni,*

us fascinauit, ut Seuerianos qui uinū
non biberunt, & hominum in aliam
uitam reuiuiscuntiam respuerunt, cū

*Hierar-
chite
Seleucian-
ni,*

ueteri testamento. Et Hierarchitas
atque Seleucianos, qui opinati sunt,
nullam resurrectionem futuram, sed
quotidie fieri in generatione filioū.

Et pessimum fere omnium Almariz-
cum, cum suo peruersissimo dogma-

Almariz.

te. docuit enim neq; infernum neq; Pa-
radysum esse, sed peccatorem omnem
infernum suum habere, & pium su-
um Paradysum, huiusq; nullam resur-

rectionem credendam. Nec aliter
senserunt Albigenses, qui cum multa
nefanda assererent, tandem & hoc

*Albigen-
ses.*

uoluerunt,

uoluerunt, nec baptismum nec corporis & sanguinis Christi sacramentum esse. proinde nec hominem resurrecturum. Quos ergo fides Catholica post Paulum atque alios diuinos uirorum carnis resurrectionem credendam instruit ac docet, nullo modo moueri possunt, quin eam doctrinam, ut Sathanicam, explodant: praesertim cum tam euidentissimae extent scripturae de resurrectione mortuorum, uidelicet Ezech. 26. *saia. Nam ait ille, uiuent mortui tui, interfecti mei resurgent, Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere &c. Quae prophetam de martyribus & omnibus sanctis Dei dixisse, uult D. Hieronymus, qui euigilabunt, atque laudabunt Deum creatorem suum. de quibus etiam in Daniele scriptum est. Multi dormientium in terrae puluere resurgent. hi in uitam aeternam, & hi in opprobrium, & confusionem sempiternam. Et quid clarius dici posset, quam quod apud Ezechielem legitur, ecce aperiam tumulos uestris, & educam uos de sepulchris uestris,*

uestris, popule meus, & inducam uos
in terram Israel: utiq; terram illam de
qua scriptum est. Beati mites, quoni
am ipsi possidebunt terram. Robustif
simum est quoq; quod Iob dixit, cre
do quod redemptor meus uiuit, & in
nouissimo die de terra surrecturus su, Matth. 5
& rursus circumdabor pelle mea, &
in carne mea uidebo Deum saluatore
meum, quem uisurus sum ego ipse, et
oculi mei conspecturi sunt, & non al
lius, reposita est hac spes in sinu
meo. Et quis non credet ipsissimæ ue
ritati, quæ ait, uenit hora, quãdo om
nes qui in monumentis sunt, audient Iob. 19
uocem filij hominis, & procedent qui
bona fecerunt in resurrectionem uite,
qui uero mala egerunt in resurrectio
nem iudicij. Proinde rogamus atq;
exhortamur in domino Iesu fideles at
q; pios omnes, ne insipientium errore
traducti, excidant a propria & solida
firmitate, uerum crescant, in gratia &
cognitione domini nostri Iesu Chris
ti, animis secum perpendentes, quàm
fideliter nos admonuerint apostoli, ac
Gregori
us legit,
Scio.
Ioan. 5.

Duces

duces nostri sanctissimi, dicentes, in
nouissimis temporibus instabunt tēs
pora periculosa, & erunt homines se
iplos amantes, cupidi, elati, &c. habentes
speciem quidem pietatis, uirtutē
autem eius abnegantes, Et hos
deuitate. item fuerunt uero & pseudo
prophetæ in populo, sicut & in uobis
erunt, magistri mendaces, qui in
roducent sectas perditionis, caues
te ab eis, ab eorum contagiosis
simo fermento, quibus iudicium
iam olim non cessat,
& perditio eorum non
dormitat.

BVLLA LEO

NIS PAPAE DECIMI IN O

ctava concilij lateranen : sessio

ne publicata de Animæ im

mortalitate.



EO EPISCOPVS

seruus seruorum dei, ad

perpetuam rei memoriam,

sacro approbante Concilio, aposto-

lici regiminis sollicitudo nos assidue

pulsat, ut medendis animarum lang-

uoribus, quarum nos ex alto omnis

potens auctor curam habere uoluit,

sollicitam operam impendamus. Cū

itaq; diebus nostris illaniæ seminator,

antiquus humani generis hostis, non

nullos perniciosissimos errores, á fi-

delibus semper explosos, in agro do-

mini superfeminare & augere sit aus-

sus, de natura præsertim animæ ras-

tionalis, quod uidelicet mortalis sit,

aut unica in cunctis hominibus. Con-

tra huiusmodi pestem oportuna res

D. ij media

Matt. 10

media adhibere cupientes, hoc sacro
approbante concilio damnamus et re
probamus, omnes asserentes animā
intellectiuam mortalem esse, aut univ
cam in cunctis hominibus, cum Do
minus ait, animam autem occidere nō
possunt, &c. Datum Romæ in publi
ca Sessione, in Lateronensi sacrosan
cta Basilica solenniter celebrata, anno
incarnationis dominicæ Millesimo,
quingentesimo, tertio decimo.

VARIÆ DE ANIMA rum origine opiniones.

Plato
Origenes

ANimam ex traduce & corpoream
Tertullianus putauit. Animam
ex transfusione generari dixerunt Lu
ciferiani. Animam ex Atomis esse,
& in eisdem post mortem solui Lu
cretius scripsit. Animam ex substan
tia Dei esse Manichei asseruerunt, es
am autem opinionem hauserunt ex
platone, docente animam in cœlo nas
ci ex particula diuinæ naturæ, cui assi
pulabatur Origenes, affirmans ani
mas

mas humanas omnes simul fuisse crea-
tas, longe ante corporum formatio-
nem, et in altera uita hanc præceden-
te, aut secundum uirtutem, aut uitia
uictitasse. Eas insuper quæ recte uixe-
rint in angelorum dignitatem transla-
tas, quæ uero scelerum maculis se labe-
factarint, in corpora terrena, tâquam
ergastula carcerêque detrusas, ut præ-
teritorum malorum meritas luant pœ-
nas. At hunc prophanum errorem di-
lucide conuincūt pijs ac docti uiri Au-
gustinus, Hieronimus, & Cyrillus. &
aiunt, Animam rationalem à Deo
creari iuxta illud, Qui finxit sigilla-
tim corda eorum, et corpori disposi-
to infundî, & cum infunditur creari,
ut ne minimo quidem momento ani-
mæ creatio in singulis hominibus in-
fusionem antecedit. Quare omnium
philosophorum figmenta abeant, eor-
umque somnia usque adeo nos non
perturbent, ut teneamus firmissime
nos immortales factos, & post peccas-
tum sanguine Iesu Christi redēptos,
ab æterna apud inferos morte, ut si-

Catholis-
ca doctri-
na de ho-
minis a-
nima.

mus heredes Dei & coheredes Chris-
ti, qui reformabit corpus humilita-
tis nostrae, configuratum corpori
claritatis suae, ut ubi ipse est, &
nos simus, & uiuamus pers-
petuo atque in summa
foelicitate, Amen.



1864343

